Expoſition des Principes ſur la Conſtitution du Clergé par les Evêques deputés par l'Aſſemblée nationale. S. l. 1790. 8. Expoſition.

Bericht an Frankreichs Katholiken über die Mittel, wodurch die Nationalverſammlung die katholiſche Religion in Frankreich zu vernichten ſucht; von HEINRICH ALEXANDER AUDAINEL. *Aus dem Franzöſiſchen.* S. l. 1792. 8. — Relationem inſcriptio libri, cuius archetypum ignoramus, promittit: at ineſt potius accuſatio conventus ordinum regni atque provocatio ad populum Francogallicum, expoſitione facinorum contra clerum ſuffulta. Auctor, religioni Romano-Catholicae addictus, rebus ad argumentum pertinentibus probe inſtructus ingenioque ſubacto praeditus videtur. Audainel.

Cf. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. XX. p. 408—412.

Harmonie der wahren Grundſätze der Kirche, der Moral und der Vernunft mit der bürgerlichen Verfaſſung des Klerus von Frankreich. Von den Biſchöfen der Departements, als Mitgliedern der konſtituirenden Nationalverſammlung verfaßt, und aus dem Franzöſiſchen ins Teutſche überſetzt von B. S. (Bernard Stoeger). Salzburg 1792. 8. — Multum facit hic liber ad intelligentiam ſtatus antiqui et recentioris eccleſiae Gallicanae. Harmonie etc.

Cf. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. III. p. 591—597.

Unverſchämte Heucheley der Revolutionsbiſchöffe in Frankreich, in der von ihnen verfaßten, von einem Unverſch. Heucheley.

G 2

nem teutschen Uebersetzer B. S. *hoch empfohlnen, und zu Salzburg* 1792 *verlegten Harmonie der wahren Grundsätze der Kirche, der Moral und der Vernunft mit der bürgerlichen Verfassung des Klerus von Frankreich, enthüllet von einem redlichen Verehrer der Kirche und des Staats.* Strasburg und Basel (f. potius *Monachii)* 1792. 8. — Auctor, assecla curiae Romanae coecus, contra librum modo memoratum atram bilem eructat.

Cf. ibid. T. VIII. p. 162 sqq.

Barruel. *Geschichte der Klerisey in Frankreich während der Revolution; in drey Theilen; von* BARRUEL, *französischem Priester und Hofkapellan der Prinzessin von Conty. Aus dem Französischen übersetzt und mit einem Anhange vermehrt vom Kanonikus* COLLINET. Frankfurt und Leipz. 1794. II Partes in 8. — Alia versio exstat hac inscriptione: *Geschichte der Geistlichkeit während der französischen Revolution; der Englischen Nation gewidmet durch den Abbé* BARRUEL. Münster 1794. 8 min. — Ratio archetypi nos latet: versio Theotisca utraque, quarum posterior non finita videtur, negligentiae summae incusatur. Auctor ipse mala, incommoda et persecutionem sacerdotum et monachorum in Francogallia tempore recentiore ita describit, ut lectorum misericordiam utique moveat, maiorem excitaturus, si animo paullo sedatiore calamum duxisset.

Cf. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. XVIII. p. 275 sqq. *Götting. gel. Anzeigen.* a. 1794. p. 1488.

Ueber das Schicksal etc. *Ueber das Schicksal der Französischen Geistlichkeit in Teutschland; von einem ehemaligen Pfarrer aus Burgund; aus dem Französischen übersetzt von einem Pfarrer in Schwaben.* S. l. 1795. 8. — Fata tristia cleri Gallicani in patria et extra eandem breviter atque sic exponuntur, ut mise-

ordia Germaniae principum aliorumque er-
undem excitaretur; ubi et auctor anony-
cavillationes ac criminationes ordini suo
tas removere ac diluere conatur.
Neue allgem. teut. Bibl. T. XXII. p. 62.

eschichte der kirchlichen Revolution in Frank Planck.
: *von* D. GOTTLIEB JAKOB PLANCK, *Königl.*
br. und Churf. Braunschw. Lüneburg. Consisto-
Rath und ersten Prof. der Theol. auf der Uni-
t Göttingen; in eiusdem *Neuesten Religions-*
chte P. III integra. (Lemgo 1793. 8 mai.).
x fontibus ipsis, sine ullo partium studio,
e rectissimo stiloque lucido ea, quae pu-
in comitiis populi Francici primis usque
mpus istud, quo clerus novam regni con-
ionem iureiurando agnoscere debuerat, su-
conversione rei ecclesiasticae decreta et
ta sunt, hausta traduntur. Machinationes
rum secretas indagare non ausus est au-
quia tunc temporis arcanae fuere et ad-
maximam partem sunt. Omnia capitibus
I comprehenduntur. Continuationem quis
optet?

❖ ❖ ❖

Mémoires pour servir à l'histoire de l'année 1789; Mémoires.
ne Société de Gens de Lettres. S. l. 1790.
ll. in 8 mai. — Singula volumina histo-
trium mensium ex actis publicis excerptam
ent, admixtis narratiunculis de personis
ris istius illustribus.

istoire de la Revolution de 1789, *et de l'éta-* Histoire.
ent d'une Constitution F *; précédée de*
rapide h *cessives, qui*
rminé cette . *Par deux*
la Libert Paris 1790. II Voll in 8. —

Lectu iucunda dicitur haec historia, nec nov deesse affirmatur. Volumen alterum procurri usque ad mensem Septembris a. 1790, ut Neckerus dimissus.

Bailly et Duveyrier. *Procès verbal de Séances et Deliberations d l'Assemblée générale des Electeurs de Paris reunis l'hôtel de ville le* 14 *Juillet* 1789, *redigé depui le* 26 *Avril jusqu' au* 21 *Mai* 1789 *par M.* BAILLY, *premier elû Président de cette Assemblée, et d puis le* 22 *Mai jusqu' au* 30 *Juillet* 1789 *par M* DUVEYRIER, *Sécrétaire de cette Assemblée.* à Pari 1790. III Voll. in 8. — Uberrima minutiis que aeque ac rebus memorabilibus referta ex positio actorum in eligendis ab urbe Parisin legatis ad comitia populi Francici.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1791. T. I. p. 577 sq REHBERG l. c. T. II. p. 145 sqq.

Dusaulx. *De l'insurrection Parisienne, et de la prise d la Bastille. Discours historique prononcé par l'extra de l'Assemblée nationale par M.* DUSAULX, *d l'Acad. des belles Lettres, l'un des electeurs reun le* 14 *Juillet* 1789 *réprésentant de la Commune d Paris, et l'un des Commissaires actuels du Comi de la Bastille.* ibid. eod. 8. — Maximam pa tem excerpta ex opere modo memorato. Mu nera auctoris, testis oculati, auctoritatem hau exiguam libro huic conciliant. Dictio ve tumida displicet.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 578. REHBERG l. c. p. 148.

Godard. *Exposé des travaux de l'Assemblée générale d Répresentans de la Commune de Paris; depuis le Juillet* 1789 *jusqu' au mois d'Octobre* 1790, *que de l'organisation definitive de la Municipa fait par ordre de l'Assemblée; redigé par M.* GODARD, *Avocat, ancien Président de l'Assemblée* Re

Repréſentans de la Commune, *et imprimé aux frais des Repréſentans.* ibid. eod. 8. — Praeter multa alia, exteris levia, turbae ſingulae in urbe Pariſina per id tempus motae omnes deſcribuntur.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 578 ſq. REHBERG l. c. p. 149 ſqq.

Les contemporains de 1789 *et* 1790, *ou les opinions débattues pendant la première légiſlature*, *avec les principaux événemens de la Revolution: rédigé par l'Auteur de la Galerie des Etats généraux.* ibid. eod. II Voll. in 8 mai. — Socii comitiorum, cum eorum votis et opinionibus de rebus transactis, ordine alphabetico enumerantur. Auctor a partium ſtudio ſatis alienus videtur. Les contemporains et

❖ ❖ ❖

Catechiſme du Citoyen François compoſé de l'eſprit et de la lettre de la nouvelle Conſtitution; par M. l'Abbé AUGER, *Vicaire général de Leſcar etc.* à Paris 1790. 8. — In uſum illiteratorum. Auger.

JEAN LA PORTE, *Agent de charge de Bourdeaux, de la Société des amis de la Conſtitution de Paris*, *à mes Concitoyens.* ibid. eod. 8. — Contra nonnulla comitiorum decreta. La Porte.

A mes Concitoyens; par M. DE BOISSY D'ANGLAS, *Député de la Sénéchauſſée d'Annonay dans le Département de l'Ardèche.* ibid. eod. 8. — Hiſtoria motuum ſaepe dictorum breviſſime exponitur principiaque conſtitutionis regni novae examinantur. Boiſſy d'Anglas.

De recepta Gallorum libertate oratio — habita — a FR. JOH. MICH. NOEL. ibid. eod. 4. Noel.

L'Ami des campagnes et des fauxbourgs. Le Roi, la Religion, les Loix, l'Armee. ibid. eod. L'Ami de campag

8 mai. — Conventus ordinum regni multis modis vituperatur.

Cf. *Gothaische gel. Zeitung* a. 1790. *Ausländ. Litt.* p. 359.

Remerci-mens etc. *Remercimens solennels à Nosseigneurs de l'Assemblée nationale.* S. l. 1790. 8. — Satira in eundem.

rceaux. *Morceaux choisis des Actes des Apôtres, commencés le jour des morts et finis le jour de la Purification.* à Londres 1790. III Voll. in 8. — Excerpta ex diario, cui inscriptio: *Les Actes des Apôtres etc.* sale ac bile in homines plebeios peccataque comitiorum populi largiter condito, cuius auctores tanta obscuritate latuerunt, ut inquisitio ne quidem acerrima eos detegere potuerit. Auctor princeps fertur Vicecomes DE MIRABEAU, probe distinguendus a Comite huius nominis. Insunt etiam argumenta magni momenti serio ac graviter discussa.

Cf. ZIMMERMANN *Annalen* a. 1790. Partic. XI. p. 464—469.

Les Evangelistes du jour; 4 Sections, du 19 Avril au 6 Mai 1790. 8. — Adversus acta Apostolorum modo excitata, a factione igitur plebeia adornatum diarium.

❖ ❖ ❖

ie iichte *Geschichte des französischen Reichstages vom Jahr* 1789, *der daraus entstandenen bürgerlichen Unruhen und der Revolution in der Staatsverfassung von Frankreich. 1stes und 2tes Stück.* Frankfurt und Leipzig 1789. 8. — Simplici dicendi genere, passim et languido, ordineque sat lucido exponuntur caussae conversionis in Francogallia resque in comitiis gestae usque ad d. V m. Octobris a. 1789.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1789. T. IV. p. 601 sq. *Goth.*

Goth. gel. Zeit. a. 1789. p. 892.
Allgemeine teut. Biblioth. T. XCIII. p. 534. sq.

LEONHARD MEISTERS *kurze Geschichte des französischen Reichstags bis zur Bürgerbewaffnung, nebst Neckers Vortrage.* Zürich 1789. 8 mai. — In lectorum commodum eo tempore viventium utilis fuit haec auctoris opera; nam dispersa diligenter collegit, collecta censurae subiecit recteque ordine tradidit: hodie autem, ubi maiore adminiculorum copia gaudemus caussasque rerum memorabilium paullo penitius cognoscimus, superflua videtur. Meister.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1789. T. III. p. 869 sqq. a. 1794. T. IV. p. 673.
Allgem. teut. Bibl. l. c. p. 533 sq.

Geschichte der großen Revolution in Frankreich, von FRIEDRICH SCHULZ. Berolini 1789. 8. Cum tabula aenea. Nova editio. *ibid.* 1790. 8. Cum tabb. aen. *Belgice*, Amstelod. 1791. 8 mai. *Danice* 1793. 8. — Auctor lectores in rem praesentem rapere probe intelligit. Maximam rerum partem, quas ipse Parisiis, mense Julio a. 1789 potissimum, vidit audivitve, exponit. Pauca si excipias, quae postmodum scriptis Francogallorum certiora seu clariora evaserunt, narratio auctoris, quae in Neckeri reditu Lutetiam definit, summa fide digna praedicatur. Sententiae Schulzii plebeiae lectoribus, a partium studio alienis, non admodum arriserunt. Schulz.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. II. p. 81—93. T. III. p. 145 sqq.
REHBERG l. c. T. II. p. 400.
Goth. gel. Zeitung a. 1790. p. 115 sq.
Allgem. teut. Bibl. T. XCI. p. 523 sqq.

Continuationem huius libri Schulzius exhibuit in *Historisch-genealogischen Almanach für*

das zweyte Jahr der Freyheit, enthaltend die fortgesetzte Geschichte der französischen Staatsumwälzung. Braunschweig 1791. 16. *Danice*, Hafniae 1793. 8. — Continuatur historia usque in mensem Octobrem a. 1789: at non eodem spiritu ac maiore adhuc partium studio; nec delineatio personarum illustrium satis elaborata videtur; nihilo minus auctoris opera haud prorsus contemnenda.

Cf. REHBERG l. c. p. 401 sq.

Eiusdem *Beschreibung und Abbildung der Poissarden in Paris.* Vinariae et Berolini 1789. 4. — Singularem et accuratam foeminarum istarum, sentinae plebis adscriptarum, et ab hominibus quibusdam furiosis tempestate motuum Lutetiae a. 1789 concitatorum ad finem impium obtinendum adhibitarum adumbrationem Schulzius offert. *Kraufius*, artifex Vinariensis, imagines adiecit.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. II. p. 93.

Idem *über Paris und die Pariser. 1ster Band.* Berolini 1791. 8. (Volumen secundum, quantum scimus, non exstat). — Et in hoc libro varia occurrunt, quae statum regni Francici recentiorem illustrare queant, licet maxima libri pars in descriptione faciei urbis Parisinae externae atque internae, eiusdemque politiae, institutorum publicorum, v. c. carcerum ac locorum oblectationi et voluptati dicatorum, versetur. Hinc inde reperias sententias e trivio petitas atque miras, longe tamen plures ingeniosas. Singulae libri particulae antea iam in Wielandi Mercurio Theotisco aliisque scriptis menstruis typis expressae fuere.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1791. p. 524 sqq. *Allgemeine teut. Bibl.* T. CVI. p. 493—498.

Allgem.

Allgem. Litteraturzeit. a. 1792. T. I. p. 26—29.

Historischer Almanach (alia exempla habent: Histor.
Hist. Taschenbuch) fürs Jahr 1790; *enthaltend die* manacl
Geschichte der großen Französischen Revolution im Jahr 1789. Braunschweig 1789. 16. Cum tabb. aen. XIII. — Introductio, ex historia Francogalliae superiore petita, et e libris bonis prudenter excerpta, laudem tulit, reprehensionem autem narratio subsequens de rebus in comitiis populi prioribus gestis, ubi falsa multa mixta sunt paucis veris. Idem valet de imagunculis adiectis.

Cf. *Goth. gel. Zeitung* a. 1790. p. 100—104.
Allgem. Litteraturzeitung a. 1790. T. II. p. 81 sqq.
Allgem. teut. Bibl. T. XCI. p. 525 sqq.

Briefe aus Paris, zur Zeit der Revolution geschrieben von JOACHIM HEINRICH CAMPE. Braunschweig 1790. 8. — Tres editiones, eodem anno curatae, exstant, postquam octo, quae insunt, epistolae antea singulae in opere menstruo, quod inscribitur: *Braunschweigisches Journal*, atque Campio duce et redemtore prodiit, vulgatae fuerant. Narrantur in iis, quae auctor ipse Parisiis inde post primum rerum turbinem usque ad Neckeri reditum, sive a die IV usque ad XXVI m. Augusti vidit atque audivit, admixtis multis narratiunculis, ex ephemeridibus politicis libellisque eo tempore in vulgus sparsis conquisitis; satis iucunde quidem, at haud raro sine examine iusto animoque aequo sive tranquillo. Nimium quantum enim et in suam ipsam fraudem extollit novum istum rerum ordinem, minime reputans, qualem exitum habiturus fuerit.

Allgem. Litteraturzeit. a. 1790. T. II. p. 81 et 91 sq. T. III. p. 147 sq.

Gothaische gel. Zeitungen a. 1790. p. 182 sq.
Goetting. gel. Anzeigen. a. 1790. p. 220 sq.
REHBERG l. c. T. II. p. 403 sqq.
Allgem. teut. Bibl. T. XCI. p. 514—522.

Supplementi loco quasi sunt *eiusdem* scriptoris *Briefe von Braunschweig nach Paris im Heumonat* 1789. Braunschweig 1790. 8.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1794. T. III. p. 361 sqq.

Vollständiges Tagebuch der merkwürdigsten Begebenheiten in Paris nach zuverläßigen unter der Auctorität der Nationalversammlung erschienenen Berichten; nebst dem Entwurf der neuen Staatsverfassung in Frankreich; nebst einem Kupfer, die Zerstöhrung der Bastille vorstellend. S. l. 1790. 8.

Cf. *Oberteutsche Litteraturzeit.* a. 1790. T. II. p. 1017.

* * *

Letters on the Politics of France, particularly on the differends between the king and the Parliaments; by a Gentleman at Paris. London 1789. 8. — Auctore, ut videtur, rerum perito, consilia aulae Francicae prima defendente.

Lettre aux Etats généraux de France. à Londres 1789. 8.

A Letter to the National Assembly of France, from ROBERT *and* HERCULES CRAMMOND. London 1789. 4.

Address of the national Assembly of France to the people; with an Appendix consisting of such authentic Documents, as explain more fully the Changes in Government alluded to in the address. ibid. 1790. 8.

Thoughts of the probable influence of the French volution to Great Britain. ibid. eod. 8. — Insunt maxime vaticinia politica, eventum contrarium habentia. Caeterum auctor id, quod in

in ista rerum conversione laudabile fuit, probe defendit.

Cf. *Goth. gel. Zeitung.* a. 1790. *Ausländ. Litt.* p. 286.

Philosophical Reflexions on the late Revolution in France, and the Conduct of the Dissenters in England, in a Letter to Priestley; by J. COURTENAY. ibid. eod. 8. Courtenay

Acts of the Revolutions Society. ibid. eod. 8. — Membra huius societatis in scriptis suis hic collectis violenta favent consilia. Acta.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. IV. p. 700. REHBERG l. c. T. II. p. 370.

Substance of the Speeches on the French Revolution, delivered in the House of Commons — by Mr. BURKE, *Mr.* FOX, *Mr.* SHERIDAN, *Col.* PHILIPP, *and the Chancellor of the Exchequer. In English and French.* ibid. eod. 8. Burke. Fox. Sheridan. Philipp.

Substance of the Speech of the Right Honourable EDMUND BURKE, *in the Debate on the Army Estimates, in the House of Commons, on Tuesday the 9 day of Febr.* 1790, *comprehending a Discussion of the present situation of Affairs in France.* ibid. eod. 8. — Praeter auctoris sententias, non sine ira ac studio de novo rerum in Francogallia ordine dictas, comparationem idem instituit inter hunc ordinem et mutationem regiminis in magna Britannia sub initio regni Guilielmi III Regis, quam Britanni *Revolution* κατ' ἐξοχὴν appellant. Differentiam esse insignem rectissime contenditur. Burke.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. II. p. 702 sqq. REHBERG l. c. p. 370 sq.

A Letter form CARL STANHOPE *to the Right Hon. Edmund Burke.* ibid eod. 8. Adversus Burkium. Uterque, ut vulgo fit, medium tenere nescit. Stanhope

Cf.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 704.
REHBERG l. c. p. 371 sq.
Goth. gel. Zeitung a. 1790. *Ausländ. Litt.* p. 285 sq.

Burke. *Reflections on the Revolution in France, and on the Proceedings in certain Societies in London relative to that event, in a Letter intended to have been sent to a Gentleman in Paris, by the Right Honourable* EDMUND BURKE. London 1790. 8. Intra anni unius spatium duodecim editiones typis sunt excusae. Ex octava versio Francogallica elaborata prodiit *à Paris* 1791. 8. Repetita est haec editio *Amstelod.* 1791. 2 Tomi in 12 mai. *Theotisce*, secundum editionem archetypi quartam, *Vindobonae* 1791. 8. Alia longeque melior versio *Theotisca* prodiit cum interpretis introductione, annotationibus, dissertationibus atque indice critico scriptorum in Anglia super conversione rerum in Francogallia typis expressorum, auctore *Friderico Gentz* (Regi Borussiae a consiliis bellicis), Berolini 1793 (s. potius 1792). II Partes in 8 mai. Nova huius versionis editio prodiit *ibid.* 1794. II Partes in 8 mai. — In tanta librorum huius argumenti segete hicce plausum summum tulit. Nec immerito. Auctor enim illius prudentia civili doctrinaque et eloquentia mirabili illustrissimus aliisque libris politicis clarissimus, inde ab anno 1765 socius est secundi senatus Parlamenti, quod vocant, Britannici; per quod tempus ille ingenium divinum rerum gravissimarum usu egregie subegit atque principiis, quibus salus rerum publicarum nitatur, indefessam dedit operam. Itaque secundum eadem in hoc opere conversionem rerum in Francogallia acriter examinavit eamque magna ex parte reprobavit, utpote quae non, ut par fuerit

itque decuerit, veterem regiminis statum
ndet, sed prorsus ac funditus evertat; quo
im, ut summa inde oriretur miseria. Pri-
copiosiorque libri pars sistit observationes
simas super animorum Francicorum senten-
itque super rationibus diversorum inter se
num ante et post coeptam novam rerum
m, nec non super principibus illius aucto-
. Demonstratur, quibus hi rationibus
, omnem regiminis formam subvertere
erint ac debuerint. Tunc novum eorum
in censuram vocatur subtilissimam. Con-
at Anglus, totum regimen minime ab ar-
Francogallorum nunc viventium, nulla
maiorum vel posterorum ratione habita,
ere; societatem potius civilem, cui genus
mum omnem ingenii morumque cultum
it, sacrarium esse, a maioribus nobis tra-
n eo fine, ut idem emendatum quidem,
itum forte tempora id exigerent, at non
na imis permiscendo, posteritati relinqua-
; nequaquam fieri posse, ut in populo an-
nova formetur societas civilis, quoniam
ac perfectio omnium institutorum civi-
ortu et progressu per plures generationes
, non vero violento, nitatur. Loquitur
a Burkius de ordinibus variis, novo re-
nis statu ad incitas redactis; docet, ordi-
religiosum aeque ac equestrem minime
pravitate insanabili laborasse, ut penitus
di fuissent, ut potius summae inhumani-
et iniquitatis privatio iurium eorum cen-
fit; novum porro regiminis statum, quo
ogallia immensa municipiorum societas
i debeat, secundum principia perversissima
itum, omniaque remedia, quae ab auctore
studio-

ſtudioſe expenduntur, numerum iſtum rerum publicarum ingentem in unum regnum coniungendi, vana eſſe atque haud ſufficientia: omnia contra remedia, coniunctioni totius regni aptiſſima, a conventu populi vel neglecta vel ſtudio fuiſſe reprobata atque contrita; auctoritatem nominatim regiam, quae, mutatis mutandis, ad hunc finem adipiſcendum maxime neceſſaria fuerit. Quibus additae ſunt animadverſiones bonae frugis plenae ſuper pernicie conſilii plebeii, quo rex ſine ulla poteſtate, ut tunc temporis, quo Burkius ſcripſit, erat, retineatur. Omnia eo tendere, auctore opinante, ut, ſepoſitis legibus, intellectui humano aptis, voluntas vulgus fiat. Lectu denique digniſſima eſt cenſura novae adminiſtrationis redituum publicorum. Fervor auctoris pro iuſtitia et virtute exercenda atque adminiſtranda rapit eundem haud raro in vehementiores animi impetus dictionemque procreat, ut ita dicamus, Demoſthenicam. Quisnam talia, animo nobili concepta, reprehendat? Attamen id perpetratum, ut mox videbimus. Sed antehac commemoranda eſt Gentzii, interpretis operis Anglici Theotiſci, induſtria ac ſtudium rarum, non modo in verſione, verum etiam in explicatione, examine et amplificatione ſententiarum Britanni poſitum. Verſio ipſa ſummam archetypi fidem, dignitatem et elegantiam refert. Introductio Gentzii agit de vi ſcriptorum huius generis multiplici, Burkiani in primis oeconomia. Parti alteri ſubiunctae ſunt diſſertationes de libertate civili eiusque habitu ad regimen rei publicae, de morum vi ac reſpectu in mutandis rebus publicis, atque de iuribus naturae humanae innatis eorumque declara-

clamatione. Additur examen vindiciarum Gallicarum Makintoſii, adverſarii Burkii, de quibus mox referemus. Laude et conſideratione utique digniſſima ſunt, quae Burkius eiusque interpres ſagaciſſimus exponunt ac diſputant: nec tamen uterque a partium ſtudio prorſus alienus videtur: certe non omnia conventus populi Francogallici conſilia et inſtituta ſunt repudianda vel contemnenda, nec omnes eiusdem ſocii uni eidemque cenſurae ſubiiciendi. — Editioni alteri verſionis Francogallicae ſubiuncta eſt Burkii epiſtola ad interpretem ſuper iudicio ſuo de Henrico IV, rege Francico.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1791. T. I. p. 561—566.
REHBERG l. c. T. II. p. 372—381.
ZIMMERMANNI *Annalen* a. 1790. Partic. VIII. p. 185—195. Partic. IX. p. 244 ſq.
Goetting. gel. Anzeigen a. 1791. p. 1897—1907.
Neueſte crit. Nachrichten a. 1792. p. 1 ſqq.
Neue allgem. teut. Bibl. T. XX. p. 3—33.

Free Thoughts on Liberty, and the in France; by the Author of a Lett to rl Stanhope, on the Teſt. London 1790. 8.

Translation of a Letter from Mr. DE TARCY *to Mr. Burke, in Answer to his Remarks on the French Revolution.* ibid. eod. 8. de Tracy

Cf. ſuper his aliisque ſcriptis ſimilibus *Critical Review* a. 1790. Partic. XII. *Monthly Review* a. 1790. Partic. IV. IX. XI.

Remarks on the Letter of Edmund Burke, concerning the Revolution in France and on the proceedings in certain ſocieties in London, relative to that event; by CAPEL LOFT. ibid. eod. 8. Loft.

Vindiciae Gallicae: *Defence of the French Revolution, and its Engliſh Admirers, againſt the accuſation of the Right Hon. Edmund Burke, including ſome ſtrictures on the late productions of M.* Mackintoſh.

 de

de Calonne; by JAMES MACKINTOSH, *of Lincoln's Inn. Esq.* London 1791. 8. Plures editiones exſtant. Juxta ſecundam *Theotiſce*, Hamburgi 1793. 8. — Aequiſſimus et praeſtantiſſimus adverſarius Burkii, ſimulque Calonnii, auctor videtur. Non pertinaciter omnia, quae ab his ſtatuuntur, impugnat: ſed ea tantum, quae ſibi falſa vel non ſatis firma videntur; in medio relinquens, quae dubia ſint, nec ingenio proprio decerni queant. Quinque ſunt libri capita, quorum primum utilitatem ac neceſſitatem converſionis iſtius demonſtrare nititur; ſecundum naturam et indolem priorum comitiorum populi Francici adumbrat; tertium eiusdem gentis facinora ad converſionem exſequendam defendere ſtudet (concedimus *eo tempore*, quo Anglus ſcripſit; nam actiones crudeliſſimas poſtea patratas nemo comprobabit); quartum ſiſtit defenſionem conſtitutionis regni, anno 1790 conditae; quintum excuſat admiratores, quos eadem in Anglia nacta eſt.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1793. T. I. p. 673—677.
REHBERG l. c. p. 386 ſq.
Neue allgem. teut. Bibl. T. XVII. p. 115—120.

Paine. *Rights of Man; being an Answer to M. Burke's Attack on the French Revolution; by* THOMAS PAINE, *Secretary for foreign Affairs to Congreſs in the American War, and Author of the Work intitled: Common Senſe.* London 1791. 8. (Plures editiones in tabernis librariis proſtant). — *Part the ſecond; combining Principle and Practice.* ibid. 1792. 8. — *Theotiſce*, at non integra operis pars prima, ſed epitome tantum (a *J. G. Dyck*, cum eiusdem annotationibus). *Lipſiae* 1791. 8. *Berolini* prodiit verſio partis primae integrae 1792.

1792. 8. — Secundam archetypi partem exhibet versio *Theotisca*, *Hafniae* a. 1793 in lucem edita, cui et interpretatio tertiae partis, cuius archetypi notitia nos latet, fata libri Painiani maxime continentis, additur. Animo minime tranquillo, sed impetu potius infestissimo hic Burkium adoritur, qui et ipse omni mentis contentione suas defendere studet sententias: verum maiore veritatis amore ac peritia in rebus civilibus agendis Burkius a novo rerum in Francogallia ordine paullo remotior scripsit; quo factum, ut non omnia clare satis inspexerit, principia passim cum factis miscens: Painius contra, opinionum praeiudicatarum plenus, propius Lutetiae Parisiorum eidem adstitit, quam ut moderate satis de illo iudicare potuerit. Burkius, Anglus, argumentis praestantioribus commoda monarchiae moderatae defendit: Painius, Americanus, diversitatem hominum indeque enatas eorum classes respuens, rem publicam extollit sic dictam democraticam. Burkius Angliae statum civilem probat, Francogalliae contra contemnit: Painius contrarium prorsus tuetur. Ex omnibus elucere videtur, Painium Burkio longe esse postponendum, non quidem ob iniustitiam caussae, quam defendere conatur, sed propter inopiam ingenii atque experientiae. Ubique fere, ut et in libello antiquiori pro Americanis, locos iactat communes; sententias illi proprias frustra quaesiveris; lucidus ordo penitus desideratur. Nec antiquior eius libellus, nec hic recentior, plausum meretur, quem uterque ab hominibus fervidi ingenii tulisse videtur. Nec facta quidem historica omnia veritati consentanea exponuntur. Ob declamationes seditio-

 sas

ſas per libri partem ſecundam ſparſas auctor expertus eſt quaeſtionem capitalem.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1791. T. III. p. 513—518.
REHBERG l. c. p. 388—395.
Goetting. gel. Anzeig. a. 1791. p. 1907 ſqq.
Goth. gel. Zeitung a. 1791. *Ausländ. Litt.* p. 281 ſqq.
Neueſte critiſche Nachrichten a. 1792. p. 1—4.
Allgem. teut. Bibl. T. CXVII. p. 469—473.
Neue allgem. teut. Bibl. T. VIII. p. 119—123. T. XV. p. 77 ſqq.

Burke. Burkius ipſe opiniones ac ſententias ſuas, in opere ſaepe laudato publice oblatas, partim illuſtravit et amplificavit, partim contra adverſarios defendit in libellis ſubſequentibus:

Letter from Mr. BURKE *to a Member of the National Aſſembly in Anſwer to ſome objections to his book on French Affairs.* London 1791. 8. (Quatuor editiones eodem anno prodierunt). — Animi fervor, quem auctor in hac epiſtola exſerit, eruptioni montis ignivomi ſimilis dicitur. Cenſura laborum Munierii ac Comitis de Lally-Tolendal in conſtituenda nova regni Francici forma lectu maxime digna. Cauſſae, ob quas ipſe hanc in rem graviſſimam conſilia haud exhibuerit, egregie explicantur.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 518 ſqq.
REHBERG l. c. p. 381—386.
Goetting. gel. Anzeig. a. 1791. p. 1909.

An Appeal from the New to the Old Whigs in conſequence of ſome late diſcuſſions in Parliament, relative to the Reflections on the French Revolution. ibid. eod. 8. — Auctore BURKIO, licet nomen nullibi profeſſus ſit. Animo longe ſedatiore hunc libellum elaboravit in defenſionem ſui ſuorumque principiorum. Argumentum magis ad cognoſcendum paullo propius virum hunc inſignem

ſignem eiusque patriae ſtatum civilem, quam Franciae, facere videtur.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* l. c. p. 1909 ſqq. REHBERG l. c. p. 395 ſqq.

Betrachtung der Paineſchen Schrift von den Rechten der Menſchen, von JOHANN ADAMS. Kopenhagen 1793. 8. — Archetypum primo in America, deinde Londini, neſcimus quo titulo vel qua inſcriptione, prodiit. Auctor nobiliſſimus, vices praeſidis rei publicae Americanae agens argumentis, ex hominum natura longoque rerum civilium uſu petitis, Painii ſententias leves, temerarias ac periculoſas probe explodit. Adams.

Cf. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. XV. p. 78 et 81.

✣ ✣ ✣

A Detail of the wonderful Revolution at Paris; or an exact Narrative of all that paſſed in the Capital of France, from July 11. 1789. *to the* 23*th of the ſame Month; by* M***. D***. C***. London 1789. 8. M. D. C Detail.

Hiſtorical and critical Memoirs of the general Revolution in France in the Year 1789; *from the opening of the States general, on the* 25*th April, till the forming the Conſtitution on the* 6*th Aug. following; by* J. T. (TALBOT) DILLON. ibid. eod. 4. — Narratio, ut videtur, fide digna, e puris, quantum tunc temporis exſtiterunt, fontibus hauſta. Praemittitur ſuccincta hiſtoria tyrannidis Francicae ante aevum noſtrum. Dillon.

Tyranny annihilated; or the Triumph of Freedom over Deſpotiſm; containing a particular Account of the Riſe, Progreſs etc. of the late memorable Revolution in the Government of France; with an ample Deſcription of that horrid Priſon, the Tyranny annihilat

the Bastille. By an Eye-witness etc. London 1789. 8.

Young. *The Exemple of France a Warning to Britain; by*, ARTHUR YOUNG, *Esq. F. R. S.* London 1793. 8. Editio secunda. *ibid.* eod. 8. *Theotisce* ex editione secunda, *Hannoverae* 1793. 8. — Auctor, libris oeconomicis et itinerariis, bonae frugis plenissimis, clarus, per annos priores duos periodi in Francogallia novae vixerat eoque tempore populum Francicum ob novum rerum ordinem felicem praedicaverat: at moeror et horror annorum sequentium animum prorsus mutarunt. Ex actis conventus populi ipsis demonstrat, quantum res a novaturientibus feliciter gestae a statu regni terribili discrepent sibique contra dicant. Res maxime memorabiles componendo docet, quam turpiter ordo civilis, securitas publica et privata atque peculium corrupta ac concussa fuerint. Postea caussas malorum indagare studet, earumque principem in eo ponit, quod omnibus omnino civibus potestas, in consortium regiminis veniendi, tributa fuerit. Summa vero libelli vis eo tendit, ut declaretur, quam prave ac perverse ii agant, qui principia Francogallorum, qui Jacobini audiunt, ad statum Angliae politicum emendandum applicare velint. Qua ex disputatione simul recentior Angliae conditio civilis optime intelligi potest. Interpres Theotiscus versioni praefationem lectu dignam praefixit notulasque contextui adspersit.

Cf. REHBERG l. c. p. 398 sq.
Allgem. Litteraturzeit. a. 1793. T. II. p. 569 sqq. a. 1795. T. II. p. 483 sq.
Neue allgem. teut. Bibl. T. XVIII. p. 157 sqq.

A com-

A comparative Display of the different Opinions of the most distinguished British Writers on the Subject of the French Revolution. London 1793. II Voll. in 8 mai. — Ex scriptis Anglorum paene innumeris diversae omnis generis opiniones, iudicia et animadversiones super prima rerum in Francogallia conversione et constitutione hic in unum intelligenter collectas conspicis. Compar tive Disp

Cf. *Goth. gel. Zeitung* a. 1793. *Ausländ. Litter.* p. 364.

✠ ✠ ✠

Französische Staats-Anzeigen; gesammlet und herausgegeben zur Geschichte der großen Revolution. 1—3 *Heft.* S. l. 1790. 8. — Sic non satis apte inscribitur collectio scriptorum sive libellorum in Francogallia, ubi editor ipse per tempus aliquod versatus est, typis expressorum atque Theotisce redditorum. Deficiente dilectu negligentiaque in illustrandis, ubi necessarium fuerit, scriptis, continuatio mox desiit. Fr St gen.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. II. p. 93. T. III. p. 148.
Allgem. teut. Bibl. T. XCI. p. 528 sq. T. XCIV. p. 91 sq.

L. Y. (LUDWIG YSENBURG) VON BURI *Sammlung der zuverläßigsten Nachrichten, die neue Revolution in Frankreich betreffend.* Neuwied 1790. II Voll. in 8. — Dicunt, minime exhiberi relationes fide dignissimas sed potius maximam certe partem indignas, quid! quod libellos famosos. von Buri

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. III. p. 148.

✠ ✠ ✠

Betrachtungen über die jetzige Gährung in Frankreich, aus einem Schreiben aus Genf vom 10 Jul. Betrachtungen etc.

 1789;

1789; *in* (v. Eggers) *teutſchen gemeinnützigen Magazin* T. IV. p. 79—98.

ſching. *Revolution in Frankreich, mit Rückſicht auf die Urſachen, von* T. K. G. HIRSCHING; in eiusdem *allgem. Archiv* T. I. (1790).

Cf. *Allgem. teut. Bibl.* T. XCVII. p. 530.

An die Großen. *An die Großen; zwey Briefe über den bisherigen Zuſtand von Frankreich; aus dem Franzöſiſchen überſetzt, mit einigen Anmerkungen des Ueberſezzers.* S. l. 1789. 8. — Auctor nobis ignotus arguit in primis oſtentationem ordinis equeſtris Francici atque abuſus inter milites graſſantes.

Cf. *Goth. gel. Zeitung* a. 1790. p. 715.
Allgem. teut. Bibl. T. CVII. p. 303 ſq.

Kosmopol. Addreſſe. *Kosmopolitiſche Addreſſe an die franzöſiſche Nationalverſammlung von* Eleutherius Philoceltes; *in* Wielandi *teutſchen Merkur* 1789. Oct. p. 24—60.

(Wieland) Unpart. Betracht. *Unpartheyiſche Betrachtungen über die dermalige Staats-Revolution in Frankreich;* ibid. a. 1790. Partic. V. p. 40—69. Partic. VI. p. 144—164. A WIELANDO ipſo.

(Wieland) Gedanken. *Zuverläſſige Gedanken über die Abſchaffung des erblichen Adels in Frankreich;* ibid. Partic. VIII. p. 392—424. Ab eodem.

Moeſer. JUSTUS MOESER *über das Recht der Menſchheit, als den Grund der neueſten franzöſiſchen Conſtitution;* in *Berlin. Monatsſchrift* a. 1790. Partic. VI.

von Clauer. VON CLAUER *über das Recht der Menſchheit etc.* ibid. Partic. IX.

Vertrautes Geſpräch. *Vertrautes Geſpräch zwiſchen einem benachbarten teutſchen und einem franzöſiſchen Schultheißen über die Revolution Frankreichs; im Lande ächt teutſcher Freyheit.* Mannheim 1790. 8.

Cf. *Oberteutſche Litteraturzeit.* a. 1791. T. I. p. 588.

Schrei-

Schreiben an einen Freund über einige Dekrete Schreiben.
der französischen Nationalversammlung; im Neuen
teutschen Museum a. 1790. Partic. VIII. p.
767 — 780.

REHBERG über Necker und seine Finanzverwaltung; ibid. p. 781—820. Rehberg.

Ueber Revolutionen, vorzüglich in Frankreich; Ueber Revolutionen.
ibid. Partic. XII. p. 1221—1251.

Betrachtungen über das L f Rehberg.
Nationalversammlung, du
Geistlichkeit eingezogen wor H REHBERG
ibid. a. 1791. Partic. II. p. 134—178.

Briefe über die Revol Fr ; im Briefe.
Hausleutneri Schwäbischen T. I. IV.

Actenmäßige Nachricht. S Actenmäßige Nachr.
Revolution in Frankreich; im A S
T. I. . . . .

Betrachtungen über die Revolution und das neue Schilling.
sogenannte demokratische System in Frankreich; herausgegeben von Friedrich Schilling, kais. königl. wirklichen Hoffecretair. S. l. 1790. 8. — Auctor nova quidem haud docet, at nota bene pronunciat.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1792. T. I. p. 44 sq.

❖ ❖ ❖

Lettre ou Mémoire historique sur les troubles Charon.
populaires de Paris en Août et Septembre 1789; *avec des Notes par M.* CHARON. à Londres 1789. 8. — Observationes haud vulgares inesse dicuntur.

Erzählung der beyden Revolutionen vom 14 *Jul.* Erzählung.
und 5 *Oct.* 1789, *welche Paris und Frankreich in Freyheit gesetzt haben.* Frankf. am Mayn 1789. 8.

Cf. *Oberteutsche Litteraturzeitung* a. 1789. T. II. p. 1164.

Révolutions de Paris. *Révolutions de Paris en 1789; avec des détails historiques et anecdotiques sur la Bastille, sur la prise de cette redoutable forteresse et sur les personnes et les papiers qui y ont été trouvés; aux-quels de témoins oculaires ont ajouté un grand nombre d'anecdotes très peu connues; dediées à la Nation.* S. L. 1789. II Voll. in 8. — Volumen prius comprehendit diarium inde a d. 12 m. Julii usque ad d. 8 m. Augusti a. 1789, maximam partem ex ephemeridibus politicis excerptum: volumen posterius, descriptionem arcis illius, cum narratione de captivis ibi repertis. Alii scriptores iisdem de rebus meliora docent.

Dusaulx. Dusaulx *de l'insurrection Parisienne et de la prise de la Bastille etc.* V. supra, ubi retulimus de opere, quod inscribitur: *Procès verbal des séances et déliberations de l'Ass. générale des Electeurs de Paris* etc. *par* Bailly *et* Duveyrier (1789).

Beschreibung. *Beschreibung und Geschichte der Bastille während der Regierungen Ludwigs XIV, XV, XVI, aus dem Französischen.* Berlin 1784. 8.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1785. T. I. p. 247.

Ausführl. Beschreib. der Bastille. *Ausführliche Beschreibung der Bastille und der Art, wie die Gefangenen in derselben behandelt werden; von einem französischen Edelmann aus eigener Erfahrung beschrieben, und, seinem letzten Willen gemäß, von seiner hinterlassenen Familie herausgegeben; aus dem Französischen übersetzt (von Karl* Spener). Berlin 1789. 8.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1793. T. I. p. 678. *Allgem. teut. Bibl.* T. XCIII. p. 530.

(Vulpius) Aechte und deutl. Beschreibung. *Aechte und deutliche Beschreibung der Bastille von ihrem Ursprunge an bis zu ihrer Zerstöhrung; nebst einigen dahin gehörigen Anekdoten; nach französischen Handschriften. Mit 2 Kupfern, den ehemaligen und jetzigen Zustand der Bastille genau vorstellend.*

bid. Leipzig 1790. 8. — *Zweyte verbesserte und vermehrte Auflage.* ibid. eod. 8. — Huius de-scriptionis auctor, CHRISTIANUS AUGUSTUS VUL-PIUS, dicendi genere facili gratoque utitur.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c.
Allgem. teut. Bibl. l. c.

Kurzgefaßte Geschichte der Bastille, aus den be-sten und neuesten Berichten gezogen, mit einer sum-marischen Uebersicht der eigentlichen Veranlassung zur Zerstöhrung; nebst einem accuraten Prospect der Bastille, des daran stoßenden Antoinenthors und derselben Gegend, von dem Königl. franz. Ingenieur Mr. Gabriel *in* Paris *gezeichnet.* Francof. et Lips. 1790. 8. — Compilatio rerum notissi-marum! Kurzgef. Geschichte etc.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1792. T. I. p. 663.
Allgem. teut. Bibl. l. c.

Genaue Beschreibung der Bastille, von ihrer Er-bauung an bis zur Zerstöhrung derselben. Nebst zweyen Plans, davon der eine den Grundriß mit ei-ner sehr deutlichen Erklärung der innern Einrichtung, der andere aber die Zerstöhrung dieses schauervollen Schlosses vorstellt. Frankf. und Leipz. 1789. 4. Genaue Beschreibung.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1793. T. I. p. 678.

La Bastille devoilée, ou Recueil de Pièces authen-tiques pour servir à son histoire. à Paris 1789. I— Livraison in 8. *Theotisce* (a *J. F. L. Men-tl*). Baruthi 1789—1790. *IV Hefte* in 8. — Est collectio chartarum et relationum ante in-editarum, in arce ista famosa, d. 14 m. Junii 1789. capta, repertarum, ideoque, ni adul-teratae fuerint, maxime memorabilium lectu-que dignissimarum. Interpres Theotiscus rem suam bene egit notasque versioni adiecit.*) Bastille de-voilée.

Cf.

*) Alia versio, minus bona, prodiit hac epigraphe: *Bey-träge zur Geschichte der Bastille in Anzeigen und Abschriften* dini-

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. I. p. 147—150. p. 273—278. T. II. p. 357—360. T. IV. p. 256.

Mémoires. *Mémoires historiques et authentiques de la Bastille, dans une suite de près de trois cens emprisonnemens, détaillés et constatés par des Pièces, Notes, Lettres, Rapports, Procès-verbaux trouvés dans cette forteresse, et rangés par epoques depuis 1475 jusqu' à nos jours.* à Londres et à Paris 1789. III Voll. in 8. — Maior pars operis aliis ex libris composita, minor inedita sistit, e quibus variae res gestae ante ignotae peti possunt. Caeterum auctor magis oratorem, quam historicum agit.

Goetting. gel. Anzeigen a. 1790. p. 700—705. Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. III. p. 9—12. *Goth. gel. Zeit.* a. 1790. *Ausländ. Litt.* p. 44 sq.

Merkwürdige in dem Archive etc. *Merkwürdige in dem Archive der Bastille wirklich gefundene Inquisitionsacten, Protocolle und andere wichtige Papiere; ein Beytrag zur Geschichte und Menschenkenntniß.* Leipz. u. Heidelberg 1790. 8. — Est epitome operis modo excitati, adiunctis narrationibus e libris inscriptis: *Bastille devoilée* et *Révolutions de Paris*, lectu utique digna.

Cf. *Goth. gel. Zeit.* a. 1790. p. 737 sqq.

Historical Remarks. *Historical Remarks on the Castle of the Bastille: with curious Anecdotes etc. From the French.* London 1789. 8. — Excerpta insunt ex opere eodem.

Bastillens Minne. *Bastillens Minne.* Stockholm 1790. 8. — Ex eodem.

Calet. *A true and minute Account of the Destruction of the Bastille; by* J. JAMES CALET, *a French Pro*-

einiger merkwürdigen und authentischen Papiere, die bey der Eroberung derselben gefunden worden; aus dem Französischen mit erläuternden Anmerkungen versehen. Frankfurt am M. 1789. III Stücke in 8.

Cf. *Allgem. teut. Bibl.* T. XCIII. p. 530 sq. T. CI. p. 471 sq. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1791. T. I. p. 359 sq.

rotestant, who had been a Prisoner there upward
20 years, and who assisted at the demolition of
at infamous Prison. Translated from the French.
ondon 1789. 8.

✣ ✣ ✣

Procès du Prince de Lambesc, Résumé général Procès etc.
ce Procès, ou Resultat des Reflexions qu' il fait
itre d'après le rapprochement de chaque deposition.
Paris 1790. 8. — Criminis laesae nationis
(ll. Francicae) Princeps iste accusatus eum in
em, ut optimatum ordo omnis odio populi
eraretur, testibus auditis absolutus eo fuit.
niles actorum criminalium collectiones silen-
praeterire liceat.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1791. T. I. p. 579 sq.
REHBERG l. c. p. 151 sqq.

Procedure criminelle instruite au Châtelet de Pa-
, *sur la Denonciation des faits arrivés à Versail-*
dans la Journee du 6 Octobre 1789. Imprimé
ordre de l'Assemblée nationale. ibid. eod. II
ll. in 8. — Opus quidem in re ista gravis-
a maximi momenti, sed propter repetitio-
s multiplices unius eiusdemque rei et noti-
s saepe vagas inanesque molesti usus. Epi-
ne igitur, intelligentia rerum necessaria ela-
rata, hunc usum levaret. Exstat quidem epi-
me subsequens, verum votis minime respon-
ns, summa nempe negligentia confecta. Procedure etc.

Abrégé de la Procedure criminelle au Châtelet de Abrégé etc.
ris sur la denonciation des faits arrivés à Ver-
lles dans la Journée du 6 Octobre 1789; conte-
nt les Pièces les plus interessantes, relatives à
la Procedure. ibid. eod. 8.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 585—590.
REHBERG l. c. p. 153—164.

Rap-

Chabroud. *Rapport de la Procedure du Châtelet sur l'Affai re du 5 et 6 Octobre fait à l'Assemblée nationale, par M.* CHARLES CHABROUD, *Membre du Comité des Rapports. Imprimé par Ordre de l'Assemblée nationale de Paris, de l'Imprimerie nationale.* 1790 8. — Haec relatio infidelitatis accusatur, qui nimirum testimonia fide dignissima eum in finem suspecta vel perversa redduntur, ut Dux Aurelianensis atque Comes de Mirabeau omni culpa seditionis illius liberarentur, regina contra in suspicionem huius culpae duceretur. Documenta subiuncta non prorsus contemnenda videntur.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 593 sqq. REHBERG l. c. p. 164—167.

Mémoire. *Mémoire à consulter, et Consultation pour Louis Philipp Joseph d'Orléans.* à Paris 1790. — Dux Aurelianensis hoc libello innocentiam suam comprobare studet et satisfactionem impudentissime poscit.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 593 sq. REHBERG l. c. p. 168 sq.

(Salon) Rapportement. *Rapportement des Dépositions dans l'affaire du 5 au 6 Octobre* 1789 *d'où l'on tire le resultat de la procedure.* ibid. eod. 8. — Subscribitur SALON, caussarum patronus, qui Ducem Aurelianensem utique criminis suspectum esse demonstrat. Longe vero maiore ingenii et acuminis vi eadem caussa agitur in duobus libris subsequentibus.

Mounier. *Appel au tribunal de l'opinion publique du Rapport de Mr. Chabroud et du Decret rendu par l'Assemblée nationale le* 2 *Octobre* 1790; *Examen du Mémoire du Duc d'Orléans et du Plaidoyer du Comte de Mirabeau, et nouveaux Eclaircissemens*

es crimes du 5 et 6 Octobre 1789; par *M.* MOU-
NIER. à Londres 1791. 8.

Les Forfaits du 6 Octobre, ou Examen du Rap- Les Forfaits
ort de la Procedure du Châtelet sur les faits du etc.
5 et 6 Octobre 1789, fait à l'Assemblée nationale,
ar Mr. Chabroud de Vienne en Dauphiné, Deputé
e cette Province à l'Ass. nat. et Membre du Comité
es Rapports. Suivi d'un Précis historique de la
onduite des Gardes du Corps. S. l. 1790. II
Voll. in 8.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 621 sqq.
REHBERG l. c. p. 170—176.

Lettre d'un Habitant de Boulogne sur Mer à Lettre.
Monsieur le Comte de la Touche, Chancelier de M.
le Duc d'Orléans. S. l. 1790. 8. — Satira in
Ducem Aurelianensem, dum Angliam peteret.

Relation très exacte des Evénémens du 5 et 6 Relation.
Octobre par un temoin oculaire et desintéressé. S. l.
1790. 8. — Inservit confirmationi facinorum,
ab aliis copiosius expositorum. Eiusdem gene-
ris est plagula subsequens.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* l. c. p. 597.

Les Coups d'Equinoxe d'Octobre 1789; Lettre Les coups
de M. P— — *de Paris à Mr.* M— — *son ami,* etc.
Negociant à Nantes. S. l. 1790. 8.

Revolutions de Versailles et de Paris, dediées Revolutions
aux Dames Françoises du Samedi 3 Oct. au 7 du etc.
même mois. No. 1. S. l. 1790. 8. — In oppro-
brium optimatum.

Examen de la Revolution Françoise, relative- Examen etc.
ment à la justice et à l'interêt du Peuple. à Paris
1791. (f. potius 1790). 8. — In favorem re-
gis et optimatum cum ordinis equestris tum
sacerdotalis, at moderate; utilitas enim et
iustitia mu tionis regiminis agnoscitur. Res
d. 14

d. 14 m. Julii, d. 5 m. Octobris etc. gesta breviter tantum traduntur.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1792. T. I. p. 492.

❖ ❖ ❖

Précis etc. *Précis historique de ce qui s'est passé en Rennes depuis l'arrivée de M. le Comte de Thiard, Commandant en Bretagne.* S. l. 1789. 8. Egregie illustratur historia motuum ibi Mense Maio a. 1788 excitatorum.

de Léonard. *Relation exacte et impartiale de ce qui s'est passé à Nancy le* 31 *Août et les jours précédens, avec un détail circonstancié des événemens, qui ont précédé et accompagné l'insurrection de la Garnison et d'une partie de la Garde Citoyenne et qui l'ont occasionné. Le tout appuyé de pièces justificatives. Par M.* DE LÉONARD, *Officier au Regiment du Mestre de Camp, Général de la Cavallerie.* à Strasbourg 1790. 4. — Narratio de seditione militari maxime memorabili praestantissima fideque dignissima.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1791. T. I. p. 597 sq. REHBERG l. c. p. 195 sqq.

Le Sens commun etc. *Le Sens commun du bon homme Richard sur l'affaire de Nancy à Philadelphie l'an II de la liberté franç.* (1790). 8. — Candor et aequitas auctoris in motibus istis diiudicandis laudantur.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* et REHBERG ll. cc.

❖ ❖ ❖

Denonciation. *Denonciation à toutes les puissances de l'Europe d'un Plan de Conspiration contre la tranquillité générale, suivie d'un Discours prononcé au Club de la Propagande le* 21 *Mai* 1790. S. l. 1790. 4. Est in *Götting. histor. Magazin* T. VII. Partic. IV p. 725 – 739.

C

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. III. p. 575 sq.

Domine, Non secundum etc. *ou l'Amende honorable; Denonciation de ce qui s'est passé tous les jours en l'Eglise de St. Etienne du Mont. à Rome, dans l'imprimerie du Vatican* 1789. 8. Domine

Cf. *Intelligenzblatt der allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. p. 730.

Assemblée des Aristocrates aux Capucins. Nouveau complot découvert. Première et seconde feuille. S. l. 1790. 8. — De conatibus ordinis sacerdotalis adversus comitia populi. Assemblée etc.

Découverte d'une conspiration contre les Intérêts de France. à Paris 1789. 8. Découvert etc.

* * *

Journée du 18 Avril 1790. S. l. 8. — *Suites de la Journée du 18 Avril, ou Relation fidelle des Evénémens, qui se sont passés depuis le 18 jusqu'au 26 Avril 1791. Suivies de toutes les pièces justificatives.* S. l. 1791. 8. — Varia de historia dierum istarum exponuntur, alibi vix occurrentia, licet summam fidem haud mereantur. Journée du 18 Avril.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1792. T. I. p. 488.
REHBERG l. c. p. 200 sq.

Correspondance d'un habitant de Paris avec ses amis de Suisse et d'Angleterre sur les événemens de 1789, 1790 *et jusqu'au* 4 *Avril* 1791. à Paris 1791. 8. *Theotisce* ab E. A. W. ZIMMERMANN, Berolini 1791. 8. Alia versio *Theotisca*, mutato archetypi titulo sineque eius mentione, negligens admodum prodiit hac epigraphe: *Die innersten Geheimnisse der Revolution, aufgedeckt von einem Augenzeugen vom Stande.* ibid. eod. 8. — Laudantur hae epistolae ab his, culpantur ab illis. Optima longissimaque epistola est secunda, qua auctor, FRANCISCUS LUDOVICUS D'ESCHERNY, (d'Escherny: Correspondance.)

 Helve-

Helvetus, Parisiis tunc, forsan et adhuc degens, memorabilia diei XIV m. Julii a. 1789 vivis coloribus ob oculos ponit.

Cf. REHBERG l. c. p. 277—281.
Allgem. Litteraturzeitung a. 1792. T. I. p. 43 sq. 489—492.
ZIMMERMANNI *Annalen* a. 1790. Partic. XII. p. 569—578.
Neue allgem. teut. Bibl. T. III. p. 231.

(Idem) *De l'Egalité, ou Principes généraux sur les institutions civiles, politiques et religieuses, pour servir de suite à la Correspondance d'un habitant de Paris sur les révolutions de France.* (à Paris) 1796. II Voll. in 8.

3. *Scriptores super regni constitutionibus, annis 1791 et 1793 datis, rebusque eodem tempore in Francogallia gestis.*

Constitution Françoise. *La Constitution Françoise, proclamée le 18 Septembre 1791 et jours suivans. Avec un Recueil de ce qui s'est passé à l'occasion de cet acte solennel.* à Paris 1791. 8. Editiones fere innummerae exstant. *Reimprimé* à Strasbourg 1792. 12. Cui editioni addita est versio Theotisca cum indice.

La Constitution Françoise, proclamée le 24 Juin. 1793. à Paris 1793. 8. *Reimprimé* à Strasbourg 1793. 8. Et huic editioni versio Theotisca adhaeret.

